

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

LXXXVI. Textum Concionis è libro Biblico legat clarâ voce, distincte & summâ
cum reverentiâ gravitate.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

potest semina & fundamenta futura tractationis, in-
quit Alstedius Theolog. Prophet. part. I. cap. XI.
pag. 41. Præmi maxime necessarium ac proprium
munus est, finem (thema & scopum) institute ora-
tionis aperire, inquit Aristoteles Lib. III. Rhetor.
cap. 14. §. 19. Videatur B. Hulsemannus Orat. Ec-
cles. cap. VI. de Exord. §. 2. In Introitu autem
videtur omnis prolixitas ne appareat esse pars
quædam Concionis, & auditor in primo sta-
tim limine fatigetur, Crebra sunt Conciones,
inquit Drexelius Aurifod. Art. & scient. part.
III. cap. 12. Monito 2. quæ longis pugnant pralu-
sionibus, (multis exordiis, sæpe prorsus alienis
rem producant) & auditorem ante pugnam
fatigant. Quid tu de corpore illo dixeris, cujus ca-
put dimidiam corporis longitudinem exæquat? Quid
de illa concione, cujus pralusio dimidium fere tempora
parium absorbit? Paucis; Ne fastidium pro be-
nevolentia auditori excitetur, ejusmodi In-
troitus vel procemia fiant quàm brevissimè.
Introitum Oratio Dominica, hanc vero distin-
cta & clara Textus prælectio sequitur.

LXXXVI.

Textum Concionis è libro Bibli-

LI

co

co legat clarâ voce, distincte & summâ cum reverentiâ ac gravitate.

Εὐχρηστος.

Consuetudo prælegendi Textum Biblicum pro concione explicandum antiquissima est, quippe quæ in ipsâ quoque vetere Hebræorum Ecclesiâ viguit. Sic Esræ & Nehemiæ temporibus, post reditum à Captivitate Babylonicâ Levitæ legebant in libro Legis Dei (Hebraicè, *in libro, in lege Dei*), *וְהָיוּ עֹשִׂי הַסֵּפֶר*, *explanate, & exponendo sensum, dabant intelligentiam* *וְהָיוּ עֹשִׂי הַסֵּפֶר* per Scripturam ipsam (ita ex Hebræo Tremellii, pro eo, quod habet Vulgata, & intellexerunt cum legeretur. Nehem. II. 8. seq. Hic duo habentur; Certæ legis partis, seu textus prælectio, & Eiusdem expositio. Non solum enim verba Legis recitata sunt, sed etiam addita fuit explicatio, ad præsentium temporum & hominum statum, ad ipsorum mores corrigendos & excitandam poenitentiam accommodata, quod lacrymæ auditoribus excussæ non obscurè indicant. Sic Christus, Archiepiscopus noster Nazaretham veniens, cum ingressus esset Synagogam die Sabbathi, ex Esaiæ Prophetæ volumine (ab *ὁ ἡγεμὴν*, publico Synagogæ ministro, qui & Angelus Ecclesiæ ac *ἐκκλησιαστής* vel *super-*
visor

visor Congregationis vocabatur) ipsi porrecto,
 legit locum seu partē capitis LXI. videl. vers. 1.
 Deinde libro convoluto, munus Doctoris suo
 sibi iure vendicans addidit explicationem, cu-
 jus summa fuit; Illam Prophetiam in se (Chri-
 sto) esse impletam Luc. IV. 16. 17. 20. 21. Atq;
 ita Summus Doctor, Christus Prophetiam E-
 saianā ipse legit, lectam explicavit, & comple-
 tam demonstravit. Moris ergo fuit in Veteri
 Synagoga, ut 1. prælegeretur certis diebus lo-
 cus sive textus ex Scripturā, & quidem vel ex
 Mose, Actor. XV. 21. vel ex Prophetis, ut Luc. IV.
 16. 17. & Actor. XIII. 15. 2. ut subjiceretur decla-
 ratio, quæ ad doctrinam & exhortationem ac-
 commodata esset. Luc. IV. 21. seq. & Actor. XIII.
 16. Non solum enim Lex Mosaica unā cum
 Prophetis publicè in Synagogis legebatur, sed
 & exponebatur, ubi opus erat. Hinc *Carolus*
Regius Orat. Christ. lib. I. cap. I. pag. 1. Conve-
 nebant, inquit, in Synagogas unoquoque sabbat-
 ho, cum legebatur pars aliqua Sanctorum vo-
 luminum, postea sermo, modo paræneticus, modo
 didascalicus, vel ex utroq. mixtus adhibebatur.
 De Concionibus Essæorum scribit *Phil'o*, Jude-
 orum Philosophus, libro, quod omnis probus
 liber pag. 679. *Alius ex libro legit* (scil. in Syna-
 goga) *alius quispiam, unus ex peritioribus acce-*
L 1 2
dens,

dens, quæ obscura sunt, explicat. Confer Eun-
dem lib. III. de Vita Moſis. Ex quibus verbis
etiam colligitur; alium fuiſſe Lectorem, &
alium, qui sermonem haberet, & textum præle-
ctum declararet, ſic quoque Paulus Actor. XIII.
15 poſt lectionem Legis & Prophetarum ab alio
factam, invitatus à principibus Synagoga ſur-
rexit, & manu ſilentio indicto, ſermonem ad po-
pulum habuit. Nec tamen vetitum fuit, quin
idem eſſet Lector & Explicator ſive Tractator,
quia Chriſtus Dominus prius legit ipſe, deinde
explicavit *ἡ ἑρμηνεία* Eſaianam loc. alleg. In pri-
mitivâ Eccleſiâ Patres more Judæorum in pu-
blicis ſuis congreſſibus certos quosdam ex S.
Scripturâ textus populo prælegerunt, ad quas
Lectiones ſuas Conciones accommodare ſole-
bant. Docet id *Juſtinus Martyr*, cujus verba
ſupra allegavimus, nec hic repetere piget, ex
Apolog. ſecundâ, ubi inquit; *Dicitur, qui ſolis dicitur
omnium, qui ruri & in urbibus ſunt, conventus
ſit, & commentaria Apoſtolorum vel ſcripta Pro-
phetarum, prout tempus fert, leguntur.* Dein-
de Lector quieſcente (fuit ergo alius à Tracta-
tore) Præſes orationem, quâ populum inſtruit, &
ad imitationem tam pulchrarum rerum cohortatur,
habet, *Tertullianus*, antiquiſſimus Patrum
Latinorum, ritum, qui ſuo tempore in Eccleſiâ
vigu-

viguit, nos ignorare non patitur, Apologet ad-
 verbes Gentes Cap. XXXIX. pag. 67. Edit. Com-
 mel. scribens; *Cogimur a divinarum Literarum*
commemorationem, si quid presensium temporum
qualitas, aut pramonere cogit, aut re cognoscere,
certe fidei sanctis vocibus pascimus, spem erigimus,
fiduciam firmamus, disciplinam preceptorum inculca-
tionibus densamus. Ibidem etiam exhortationes ca-
stigationes & censura divina. In quibus verbis a-
perit meminit Tertullianus conventus, cum ait,
cogimur scilicet in cœtum, in Ecclesiam, & sacre le-
ctionis, quæ erat commemoratio divinarum Litera-
rum, denique sermonis, seu concionis, cujus sco-
pus erat, commonere, exhortari, spem erigere, fiduci-
am firmare, mores bonos formare, depravatos cor-
rigere, & castigare. Idem testatur Augustinus in
Psalm. 39. Hucusque, inquit, Psalmus lectus est,
hucusque tractandus est. Prius ergo Lector lege-
bat eam Scripturæ partem, quam Tractator e-
rat expositurus. Hinc rectè B. G. hardus Lo-
co de Minister. Eccles. § 65. Ex Act. XIII.
15. colligi potest, quod olim in primiti-
vâ Ecclesiâ talis docendi modus usita-
tus fuerit, ut post hymnos decantatos,
locus aliquis Scripturæ prælegeretur, ac
deinde unus ex Ecclesiæ Doctoribus sur-
geret, qui locum illū prælectū exponeret,

ac doctrinas ex eo deduceret. Hæc consuetudo legendi textum adhuc hodie durat in Ecclesiâ, habetque hunc usum, ne rudiores suspicentur, Concionatorẽ ex suo cerebro aliquid finxisse, sed certi sint, doctrinas, exhortationes, reprehensiones, consolationes prolatas, textui Scripturæ prælecto, tanquam firmissimæ basi & fundamento solido inniti. In Papatu olim in usu fuit, ut textus pro concione explicandus, memoriter recitetur, nõ ex libro legatur. Hinc refert *Mathesius* Conc. XII. de Vita Lutheri fol. 141. D. Joh. Staupitium, primum in hac Wittbergenfi Academiâ Facultatis Theologicæ Decanum, explicaturũ Genealogiam Christi, Matth. I. pro more in Papatu inuesto, memoriter eam recitare voluisse, sed hasitare cœpisse & hallucinari, ac omisso textu ad explanationem progredi coactum fuisse. Imitari quoque hunc morem sunt quidam audaculi in nostrâ Ecclesiâ, quos graviter reprehendit *B. Lutherus* in Colloq. Sympos. alicubi, vide *M. Reuberan* Concionat. cap. II. monit. 2. pag. 94. verba Lutheri adducenrem. Et sanè, si plus ponderis & fidei habet, si prolixius Scripturæ testimonium allegaturus Concionator de schedâ aut è Codice recitet, quàm si memoriter, ut censet *Erasmus* lib. III. Eccles. sive de rat. Con-

cioſi